

*Distinctionum Primi Libri Sententiarum.*

**DISTINCT. XIII. QVAE INCIPIT,**

Post hæc considerandum, &c.

Quâquam ab utroque, scilicet à patre, & filio, spiritus sanctus procedat, non tamen per hoc filius eorum, quasi patris, & matris, dici potest. Hoc enim ab absurdissimè esset, & à fidelibus auribus alienum. Quâuis etiam filius, quâ spiritus sanctus à patre procedat, alio tamen modo. Nâ filius procedit per modum naturæ, & id est genitus, & procedens. Omne enim, quod generat, procedit, & non est. Sed spiritus sanctus procedit per modum voluntatis, sicut datus, non autem ut natus. Sic ergo procedens tantum dicitur, & non natus. Neque tamen per hoc spiritus sanctus dicitur in genitus, sicut nec genitus: quia nec est pater, nec filius. *Quamvis accipiat naturam flamen eandem*

*Cum natus, natus, non tamen esse potest.*

**DISTINCT. XIII. QVAE INCIPIT,**

Præterea diligenter annotandum est, &c. epistola.

Gemina est spiritus sancti processio, æterna scilicet & temporalis, quarum prima ineffabiliter à patre, & filio sine tempore processit, secunda verò est, quâ spiritus sanctus mittitur ad sanctificandam creaturam rationalem. Et hæc quoque processione ab utroque procedit. Est autem illa processio, seu missio, quæ spiritus sancti collatio. Et hunc dominus discipulis bis dedit, scilicet post resurrectionem quâdo in eos in sufflavit, & post ascensionem in die Pentecostes, ad significandum duplicem dilectionem, scilicet Dei, & proximi, quam spiritus sanctus in nobis operetur. Datur autem spiritus sanctus personaliter cum suo rû donorum distributione. Unde nec ab aliqua creatura quantuncumque sancta (sed à solo Deo) datur spiritus sanctus, nisi instrumentaliter, quia à nulla creatura procedit.

*Spiritum ab æterno pater, ut cum pignore spirat,*

*Tempore sic placito mittere uterque solet.*

**DISTINCT. XV. QVAE INCIPIT,**

Hic considerandum est, &c. epistola.

Etiam seipso datur spiritus sanctus. Nâ ipse Deus est, & donum. Datur ergo, quia Deus: & datur, quia donum, scilicet, quod seipsum, quia opera trinitatis (cuius ipse est persona) ad extra sunt in diuina. Vñ quod una facit, & alia facit. Nam & ipse filius seipsum in scripturis mittere dicitur. Qui et filius licet semel tantum in carnem missus sit in menses tamen castas quo tidie mittitur à tota trinitate. Patri autem qualitercûque mundo appareat: tamen mitti non conuenit: quia ipse ab alio non procedit, sed est processiois auctor, & principium. Per quod tamen filius, & spiritus sanctus minores eo non sunt, sed eiusdem cum eo dignitatis, & essentie.

*Quando creaturam sacro aspiramine mundat,*

*Se dat numeribus spiritus ipse suis.*

**DISTINCT. XVI. QVAE INCIPIT,**

Iam nunc accedamus, &c. epistola.

Dupliciter spiritus sanctus missus est, quo, & creatura dupliciter sanctificatur: visibiliter scilicet: cû apparentia alicuius visibilis signi, & quandoque cû effectu interiori, sine visibili signo. Sicut & filius dupliciter missus est visibiliter. Scilicet in carne assumpta, & inuisibiliter in menses castas. Fuit ergo visibilis pater sancti missio, quædam ipsius apparatus, vel manifestatio in corporali creatura tanquam in signo. Neque tamen per hoc, quod mittitur spiritus sanctus, minor est pater, qui non mittitur, cû tamen filius secundum missio nem visibilem minor dicitur tota trinitate. Filius enim assumptus humanitatem non solum, ut in epistola

pareret, sed etiam, ut esset homo, non autem sic spiritus sanctus columbam. Tamen iuxta Hilarium patrem maior est filio sibi coefficienti, & hoc auctoritate geniture, non tamen per hoc filius minor dicitur. Vñ enim, & idem esse, quod habes, filio dedit.

*Quo nos diligimus flamen putat esse Magister,*

*Hoc magis auget, quo magis ardet homo;*

**DISTINCT. XVII. QVAE INCIPIT,**

Nunc de spiritus sancto videndum, &c. epistola.

Spiritus sanctus (qui tertia in trinitate persona existens, a patre, & filio, & seipso mittitur, & donatur fidelibus) est amor patris, & filij, quo se iuicè amat, & nos. Est etiam amor sibi charitatis, quæ nos Deum, & proximum diligimus. Ita enim in nobis est, ut nos Deum, & proximum diligere faciat. Hinc qui ipsam dilectionem diligit, Deum diligit: pro eo, quod Deus dilectio est. Nec tamè Deus sic dicitur charitas nostra, sicut spes, & patientia nostra. Hæc enim dicitur, nõ quod ipse sit ista, sed quæ sunt ab eo. Dicitur autem charitas nostra, quia ipse est charitas. Et hæc charitas, quæ spiritus sanctus est, nec proficit, nec deficit, quia Deus est: sed homo in ea aliquando proficit, vel deficit, sicut & Deus in nobis dicitur magnificari, vel exaltari. Sic etiam dicitur dari non quasi locum mutetur, sed quia alio modo in eo esse incipit. Quamuis etiam actum credendi, & sperandi operatur mediatus uirtutibus fidei, & spe, actum tamen diligendi, sine alicuius uirtutis medio in nobis operatur. Hæc Magister. Sed notandum, quod in hoc ultimo non tenetur, quia præter hæc doctores ponunt habitum charitatis, quo actus diligendi eliciatur, licet Deus sit charitas nostra effectiue.

*Spiritus in varijs apparuit antefiguris,*

*Imbut, & tacito pectora sacra modo.*

**DISTINCT. XVIII. QVAE INCIPIT,**

Præterea diligenter considerandum, &c. epistola.

Alia ratione spiritus sanctus donum, sibi conuenit ex æterna sua processione ante omnem creaturam: sed datum, vel donatum conuenit sibi temporaliter, ab actuali scilicet datione: qui tamen ab æterno fuit donabilis. Neque uero per hoc filius donum dicitur, & ipse ab æterno donabilis fuit, quæ admodum spiritus sanctus, quia nõ solum procedit, ut donabilis, sed etiam, ut genitus. Sicut ergo filius æternaliter nascendo à patre accipit, quod sit filius, sic spiritus sanctus æternaliter procedendo accipit, quod sit spiritus sanctus. Hinc & secundum quod sempiternè donum est referatur ad patrem, & filium secûdum uerò quod datum, vel donatum est, referatur ad eum, qui dedit, & ad eos, quibus datur.

*Spiritus æterna donum est ab origine, quanquam*

*Temporis elapsu dicitur esse datus.*

**DISTINCT. XIX. QVAE INCIPIT,**

Nunc postquam coæternitate, &c. epistola.

Aequales sunt diuinae personæ, nec le inuicem excedunt in æternitate, potentia, vel magnitudine quæ licet diuersimodè sint nominatè, sunt tamen eadè essentia. Hic ex illa consubstantialitate una persona dicitur esse in alia. Nulla ergo est in diuinis personis essentialis diuersitas, vel differentia, scilicet nec partium integralium, nec subiectuarum, nec maius qualitercunque. Nec ibi dicitur persona magis magis sunt, quam una, nec numerò differunt, quasi una sit aliquid aliud ab alia: sed quia in computatione a se inuicè discernuntur, ut pater dicatur unus pater, & filius duo, &c. hinc & omnes tres personæ nõ sunt maioris deitatis, sicut nec ueritatis, & magnitudinis,